





*2* *1769, 6* *A7*  
FACVLTATIS IVRIDICAE  
DECANVS  
IOANNES CHRISTOPH.  
SPITZ, ICTVS,

EMINENTISSIMI AC CELSISIMI PRINCIPIS ELECTORIS MO-  
GVNTINI CONSILIARIUS REGIMINIS, MEMORATAE  
FACVLTATIS ASSESSOR ET CIVITATIS  
ERFORDIENSIS CONSVL  
PRIMARIUS

*P 288*  
LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

*de definitione legati*



STANNO NONNIANO, ACADEM. TYPogr.

ECCLATATIS IURIDICAE  
DECVNVS  
IOANNES CHRISTOPH.  
SPITZ. ICCLAS


IMMORTALITER AC CESSIVIUM TRINICIAE RITMOTUS MO  
GANITIUS CEMETRIARIES HEREDINIS MEMORIALIS  
FACULTATIS VEN. S. ET GAVIATIS  
TERIORUMQ. CIVILIS  
LITERARIA

DECOTORI HENRYOLO

2. LV. D




**L**egari definitiones in iure extant quatuor. Prima est Vlpiani, qui inquit legatum est, quod legis modo, id est, impremitu*re* testamento relinquitur, nam ea, que precario modo relinquuntur, fideicomissa vocantur. Secunda est Modestini, qui afferit, legatum esse donationem Testamento reliquam, l. 36. ff. de legat. 2. Tertia est Florentini: ut legatum sit delibatio hereditatis, qua Testator ex eo, quod vniuersum heredis foret, alteri quid collatum vult, l. 16. ff. de legat. 1. Quarta est Iustinianii, secundum quam legatum est donatio quaedam a defuncto reliata ab herede praestanda. Quae definitiones omnes verbis quidem distant, sed re ipsa sive sententia plane conueniunt, & iuxta ultimam definitionem dicitur legatum **donatio**: quia ex mera liberalitate ac munificencia profiscitur l. 18. ff. de adimend. transfer. legat, et nullum onus aut incommodum, sed lucrum dantaxat ut pura donatio, in se continet, qua in re differt legatum ab heredis institutione, sive ab hereditate, quae et lucrum et onus habet, sicut & bonorum possessio. l. 32. ff. mandat, et l. 3. ff. de bon. possess. item donatio talis est iuris figura qua res tantum singulae deferuntur, heredis vero institutio est modus deferendarum rerum per vniuersitatem. Adiicitur in hac legari definitione, **quaedam** qua adiectione significatur, legatum esse donationis speciem, a donationibus vel interiuos, vel mortis causa, distingam. Etenim a donatione inter viuos discernitur, quod legatum usque ad supremum vitae exitum, idque vel nuda voluntate reuocari possit. l. 3. §. fin. ff. de adimen vel transfer. legat. Donatio vero interiuos semel perfecta, temere, hoc est, nisi ex iusta causa in gratitudinis, reuocari nequeat. §. 2. *In-sit. de donat.* Sic etiam legatum a donatione mortis causa discrepat. Primum quia donatio mortis causa praesentiam et conventionem partium exigit l. 35. §. 3. et l. 38. ff. de mortis caus. donat. lega-



legatum autem sine conventione alicui relinquitur et maxime in absentem et ignorantem conferatur. Deinde, quia is, qui testamen-  
tum ut falsum accusat, legatum in eodem ipsi relictum perdit; at  
non mortis causa donationem, quoniam haec morte, non testamen-  
to, confirmatur. l. 5. §. 17. ff. de bis, quae ut indig. aufer. praeterea  
etiam filius familias patre consentiente mortis causa donare potest,  
sed non legare l. 25. S. 1. ff. de mort. caus. donat, et l. 2. ff. de legat.  
2. Denique donations a viuente proficiscuntur in donatarios,  
legatum autem relinquitur a defuncto, id est, demum post testa-  
toris mortem in legatarium transit. Ulterius in dicta definitione  
additur: *a defuncto relicta.* Et recte quidem, quia verbum istud  
generale est, et ad omnem defunctum, tam testatum, quam inter-  
statum, pertinet; quoniam hodie postquam legata fideicommissis  
per omnia sunt exaequata l. 2. c. commun. de legat. non minus le-  
gatum quam fideicommissum ab intestato relinquiri potest. Tan-  
dem addantur verba, *ab herede praestanda*, siquidem heres heredi-  
tatis additione quasi contrahit cum legatariis, et ex illo quasi con-  
tractu nascitur obligatio et actio, que legatarius ab herede lega-  
tum petit, nec his obstat, quod legata non solum interdum ab ipso  
testatore in vita eius solvantur, l. 22. ff. de legat. 2. sed etiam a le-  
gatario et fideicommissario, item ab herede heredis prestatent l. 5.  
§. si. et l. 6. ff. de legat. 3. etenim iura in his constitui oportet,  
quae ut plurimum accidunt non quae ex inopinato fiunt. Lega-  
tum aurem ut plurimum ab ipso herede relinquitur ac praefatur,  
quamvis aliquando etiam a legatario vel fideicommissario relinqua-  
tur aut ab ipso testamentario prestatur, bona enim defini-  
tio aptatur ad regulam, et communiter accidentia. Coete-  
rum controverfa et anceps inter doctores venrilatur quaestio:  
vtrum legatum sit, an vero inter vivos donatio, sive irrevoca-  
bilis, quando testator donandi verbo vtitur, ac intestamento do-  
nat aliquid praesenti et acceptanti, aliū enim statuant donationem  
in-

inter viuos esse; ali legatum esse affirmant, et horum ratio perspicua est; Tum quia verba sunt intelligenda secundum subiectam materiam, in proposita autem specie, subiecta materia est testamentum, cui magis congruit legatum et fideicommissum, quam donatio interuios. Tum quia legatum nihil aliud est, quam donatio, et quibuscumque verbis fieri, atque relinquiri potest, tum quia in legibus praeceptum est, testamentum vni contextu fieri debere nullo actu extraneo interueniente. Contrarium autem, siue donationem interuios et testamentum esse aceris diuersos totoque genere inter se distinctos aceris esse, certum est. Praererea etiam in legibus ordinatum est, quod legatum post mortem. Testatoris recta via in legatarium transeat, l. 64. ff. de furt. hoc tamen non de possessione, sed de dominio est intelligendum. Quodsi itaque legatarius rem sibi legatam ab herede iam possessam absque illius consensu propria auctoritate occupet, incidit in poenam edictio D. Marci sancitam, hoc est omni suo iure excidit l. 13. ff. quod met. caus. l. 7. C. unde vi WERNHER p. 4. obf. 173. Si autem res ab herede nondum possessa a legatario fuerit occupata, legatarius quidem suum ius non amittit, interdicto tamen quod legatorum ab herede conueniri potest, vel ad eius restitutionem vel ad interesse praestandum. CARPZ. p. 3. Conflit. 13. def. 30. Non aliter tamen hoc interdicto locus est, quam ipsius heredis aut intuitu Falcidiae, aut alias intersit, alioquin exceptione: tua non interest, repellitur. Tria autem remedia iuris ordinaria adlegata consequenda dantur, scilicet actio in rem, hypothecaria et personalis ex quasi contractu, et quamvis videatur hic rei vindicatio intelligi, tamen etiam aliae actiones reales sub illa comprehenduntur; si enim res in corporalis, vel aliud ius in re sit legatum, tunc si servitus sit legata, actio confessoria directa, si vero aliud ius, virilis datur; Ratio autem cur legatario competit rei vindicatio, est, quia Dominium rei legatae ipso iure in lega-



rarium transit. Supponitur tamen hic, quod Species sit legata, et  
 quidem testatoris propria. Nec obstat quod in l. 20. C. de pact.  
 ad dominium transferendum traditio requiratur. Siquidem hoc  
 tantum desideratur, quoties a priuato in priuatum dominium est  
 transferendum, non verosi vel beneficio legis aut officio iudicis  
 transferatur, et quando res certa, corporalis, ipsius testatoris pro-  
 pria pure est legata, tunc legatario statim a momento mortis dor-  
 minium acquiritur, scilicet iuriis fictione, ad effectum transmissio-  
 nis, si enim legatarius ante aditam hereditatem moriatur, nihil  
 omnino legatum in suos heredes transmitit, veritate autem et effe-  
 ctu dominium ex tempore hereditatis acquirit, si nimisrum lega-  
 tum non repudiauerit, quo facto dominium eius resolutur. Se-  
 cunda actio est hypothecaria legatario in omnibus defuncti bonis  
 in legati securitatem concessa l. 1. C. Commun. de legat. et quidem  
 competit a tempore mortis testatoris contra singulos heredes, et  
 quoque contra tertium possessorum l. 15. et 18. C. de pignor. Duo  
 tamen singularia hic occurunt primum, quod non detur, si plures  
 sint heredes, contra quemlibet in solidum, sed inter illos pro rata  
 dividatur. Alterum, quod huius hypothecae effectus locum non  
 obtineat quoad Testatoris creditores, quia legata non debentur,  
 nisi deducto aere alieno, vnde omnes Testatoris creditores, etiam  
 nudi Chirographarii legatariis praferuntur. Tertia actio est  
 personalis et Speciali nomine appellatur actio ex testamento quia  
 legata iure veteri tantum in testamento relinquebantur. Hodie  
 vero relinquuntur legata quavis ultima voluntate, et ipsa obliga-  
 tio non ex testamento, sed ex quasi contractu nempe ex agnitione  
 ultimae voluntatis nascitur. Plura quidem circa hanc materiam  
 adduci possent, sed ideo hisce breuiter abrumpitur, cum hanc ma-  
 teriam copiosius ex cathedra publice occasione l. 80. ff. de legat. 2.  
 sit explicaturus

NO-

NOBILIS ET CLARISSIMVS  
DOMINVS  
IOANNES IACOBVS ROTHPLETZIVS

IVRIS CANDIDATVS

qui more Maiorum Curriculum vitae hucusque laudabiliter peractae in sequentibus exhibuit.

Quum vitae meae, in cuius fere adhuc versor initiiis, memoriam quantum licet, repeto ultimam, eam quidem nullis fatorum labyrinthis, quae letoris curiositatem excitare, suspensam tenere, in admirationem rapiere, ac denique influere possint, implicitam fuisse inuenio; at in eius curiu, quae Dei prouidentiae debeant, innumera, quae parvae, quae parentibus, quae praceptoribus, quae amicis permulta magnaque reperio. Ea propter humanillas summo. Numini persoluo gratias, quod me in hoc rerum ordine collocare, mihi tales parentes, tales fautores, tales amicos, quibus in ingrediendo continuandoque literarum et virtutis studio innvari possem, largiri vulerit. Hanc lucem primum alspesi d. XXVIII. Octobr. CICIOCCXXXVI. Arouiae. Parvum veneror IOANNEM IACOBVM ROTHPLETZ Ciuitatis Arouiensis Consulem, matrem vero ROSINAM, HENRICI BUSER, Quae-storis Arouiensis filiam. Parentibus optimis non satis fuit, vitam mihi dedisse naturalem, nisi et ad bene beatoque vinendum consilia atque adiumenta saluberrima suppeditarent, meque tam suo laudabili exemplo praeceperint, quam fidis magistris erudiendum traherent. Hinc pater me primis rudimentis literarum imbutum Bernani deduxit, ac humanissimi scholarum rectoris SCHAE-BERI disciplinae addixit, cuius Viri tam indefessa in me existit opera, ut quibus eam extollam, sat dignas laudes reperire nequeam. Inde Gymnasio adscriptus Latii, Graeciae et Orientis linguis, nec non humanioram literarum orbi, ac primis eorum disciplinarum elementis, quae in rerum notionibus indagandis versantur, me totum dedi, praeceptis usus Professorum Clariſſimorum RODOLPH, WILHELMI, BLAVNER, WALTHARD, STA-PFER, SALCHLI, carissimique adfinis KOCHER. Themidis autem in sacris me initiauit FELLENBERG Professor doctissimus, cuius an humanitas ac eruditio magis sit laudanda, in dubio mibi est relinquendum. Vibunianiores artes Studiumque iuris penitus haurivrem Lipsiam me contuli, ibique ex elegantissimis ac doctissimis preelectionibus Virorum Celeberrimorum, GELLERT, SCHOTT, SAMMET, ZOLLER, BEL, FRANKE; et SAEGER cuius insignis in me favor, maximaque merita exstant, profeci. Tandem

pa.

¶

patrios lares reuulsus in bac Erfurteri Musarum sede, quae sub fauissimis Electoris Moguntini auspiciis, magis magisque exsplendescit. Doctoris dignitatem mibi acquirere resolu*i*.

Quam ob rem, ut hoc praemium exantlatorum laborum conserueretur, ordinem nostrum accessit, atque, ut ad confueta Specimina inauguralia admitteretur, modeste petiit precibus locum dedimus, atque binos ex utroque iure textus enucleandos eidem assignauimus et diem ad Examen rigorosum habendum definituimus, in quo textus docte interpretatus est et ad propositas eidem quaestiones ita respondit, ut vnamib[us] suffragiis in numerum iuris, utriusque Candidatorum receptus, et ad reliqua Specimina inauguraalia admissus, atque his praestitis dignitate Doctorali ornetur, ac votisui compos reddatur; Igitur crastino die Lunae d. xviii. ubi lectionem cursoriam in l. 80. ff. de legat. 2, habebit atque Dissertationem inaugurelam.

P 552

DE  
IVRISCONSULTO A IVRISPERITO,  
LEGVLEIO ET RABVLA QVAM  
MAXIME DIVERSO

in Auditorio iuridico publico Examini submitteret. Quibus actibus solennibus ut Vniuersitatis nostra Magnificus Dominus Rector, nec non Academiae Proceres ac Cives haud grauatum interesse velint perquam officiose et humaniter invitantur. Publ. sub Sigillo Facult. Iurid. die XVII. Septembris MDCC LXIX.







ERFURT, Diss., 1768/69





**Farbkarte #13**



2  
1769, 6  
17  
FACVLTATIS IVRIDICAE  
DECANVS  
**IOANNES CHRISTOPH.**  
**SPITZ, ICTVS,**  
EMINENTISSIMI AC CELSISIMI PRINCIPIS ELECTORIS MO-  
GVNTINI CONSILIARIVS REGIMINIS, MEMORATAE  
FACVLTATIS ASSESSOR ET CIVITATIS  
ERFORDIENSIS CONSVL  
PRIMARIVS

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

*de definitione legati*



STANNO NONNIANO, ACADEM. TYPogr.

